


Occasionalia *VI-179*
potissimum carmina
vol. Fafe. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Unq



97
87

Ad
GENEROSISSIMUM JUVENEM,
**DN. JOHANNEM
DIETERICUM
A BREITENBACH,**

*In Schoeneib, Besiz, Pleffe, Bergante Eilenburgum & Wedelwitz
Hereditarium,*

è privatâ Institutione suâ transeuntem
ad

ACADEMICAM

Epistola personata

M. JOH. JACOBI STUBELII,
Rectoris Illustris Scholæ Misenenfis.

MISENÆ, Literis SPAHNIANIS.



HESE TAGE IN TAGE

GENEROSSISIME
JUVENIS

GENEROSSISIME JUVENIS

JOHANNES

MUSEUM

IN TAGE



[Faint, illegible text block, likely bleed-through from the reverse side of the page]



IPSE fecit & faciet!

GENEROSISSIME JUVENIS,




EX officinâ meâ nunc egrederis, limâ politus opere-
store, adeoque oculis meis subtraheris, non simul
igitur animo & curâ, quibus teneris adhuc nullo
tempore submovendus. Postquam Te semel mihi
traditum idoneâ fide, quâ Tibi nunquam exci-
det, complexus fui, scis, quantum opere occupatus
fuerim in ornamentis iis circumdandis Tibi, quibus
instruitor ad sublimiora Eruditionis templa,
pergeres. Neque omnino lusa est in vicio labore
instantis huic negotio nuptiam defatigata manus.

Insumti temporis ambos haud unquam, credo, penitebit. Preparatus est
pugil certaminibus tentandis. Lineæ in panno ductæ sunt, cui colores in-
ferendi, ut spectabilior sit effigies. Solo innoximus apta fulciendis iis, quæ
superstruenda sunt. Ut difficilis fuerit subinde progressio, & superanda fue-
rint, ut sit, adversa, & amolenda, quæ nos impedire, tuus tamen in me-
meosque amor nunquam non evidentibus indicis proditus est, & cum fidu-
cia in me voluntas proficiendi accensa. In insula Cæd, Eubææ proximâ
fontem ajunt reperiri, qui bibentes ex eo insanos efficiat. Tu hauriens hoc
è nostro ad sanitatem ac sapientiam es perductus. Rudiori etati semper a-
liorund adheret, in quo menti error deprehenditur. Hunc accuratior san-
ctiorque disciplina demit similibus tui, nec refragantibus moventi. Contra
indoles quorundam scæva in hoc quoque perspicua est, quod etiam salu-
berrima morborum remedia, ut Baribius ait, fastidiunt, quæ obvia nõ-
runt. Ab horum vitio alienior esse didicisti, advescens publico privatoque
bono conducentibus rebus, & feliciter à corruptentibus & perditulis opti-
ma ingenia revocatus. Ita pestifera detestari cepisti otia. Ita viam ele-
gisti, ad præstantissima quoque serenam strenuè procedentes. Ita nomen in-
ter claros genere ac doctrinâ promereri te velle, arguisti. Neque deesse Ti-
bi cupies posthac, cum per ea circumducere spatia, in quibus generosi & a-
montes recti juvenes cum voluptate summâ desudant. Non finis hinc pro-
fecturo solertie artisque, sed gradus erit. Hic divinorum notitia insillata
fuit. Ad pietatem factura & innocentiam non omissa. Latini sermonis sto-
scoli totis calatibus affusi sunt, qui pulchrè in dictione tuâ emittent.

Mo-
ves,

res, intellectum, linguam, calamum gubernantia subministrata. Dissimulatum nihil, quod hoc ævo & antiquiore gestum. Regna, Principum ditio-
nes, republicæ utriusque orbis conspectum non subterfugere. Imperantium
strpes, familia, affinitates ostense. Montes, fluvii, maria, provincie, ur-
bes speculatores nos allegerunt. Indagarimus non explorata & abstrusa.
Vidimus nunquam visa. Excurrimus in hauri adita pedibus, nec unquam
adeunda. Nam etiamsi oras exterius aliquando petiturus sis, quas pictas lu-
strasti mecum: Ferdinandi tamen Magellani vestigia leges minime, circa
universum orbem, quem in Museo emensi sumus, navigando. Quid deni-
que neglectum, unde quippiam ad Te redire commodi potuit? Quæ non
cautio adhibita, ne pro nobis narcissisque cardui & spine succrescerent?
Ipsum Te agnoscentem hæc: & præ ingenuæque satentem habeo Drexelii
vox est: Non capisse nec fecisse virtutis est, sed percesse. Tibi dictum
hoc puta, BREITENBACHI SVAVISSIMÆ, & inchoata urge
gnarviter, perforce, absolute, utque possis, nunquam cessa. Scientiâ & vir-
tute Te ab ignobilibus discerne, velut sanguine pridem es discretus. Sper-
ne illecebras quantum mollissimas, quibus vilia corporis mancipia detinentur,
que sero sentiunt, seruire tandem in cultores sui voluptates, & sub deli-
nimentis earum hamos oculi laqueosque, quibus capti & implicati miserè
perant. Cedrum immobilem, radicibusque valitis innixam, siste nobis, non
arundinem ventorum strabis huc illuc raptantam. Andree Osiandro, in
capitibus religionis rotanti aliqua, id vitio vertitur, quod contradicenti-
bus ipsi ac suadentibus meliora superbè responderit & arroganter: Nolo vinci.
Tu citra improbam ac insolentem arrogantiam, animo contra quævis blan-
dientia Tibi erecto, ab iis noles vinci. Vincti noles etiam à nobilibus a-
liis insigniter ac excellenter doctis, & ad honores inde maximos erudit.
Ornatiores apparent literæ in stirpe prognatis generosa, ut gemme in auro, &
ab his gaudent diligentibus coli. Plurimus agros inquit, multo fuisse quondam,
quam ætate sua, fertiliores, quod Imperatorum, Dictatorum, Consulum,
manibus culti fuere, ut consentaneum vero sit, letitiam esse terram laureato
romere, triumphali aratore. Non fallar, opinor, si literarum studia letiore
proventu surveclura, profitear, cum ab illis teruntur versanturque sedulo, quos
majorum fama & decus super ceteros extollunt, quam si à bajulorum, cer-
donum, aqvellium, bubulcorum liberis, quandoque per illa quoque se levan-
tibus è pulvere, ac emergentibus è tenebris, trahuntur. Quælia Heiderus
subiecit mihi Duo potissimum tua crede, lætitate utilia, venuste loqui.
Memoria profecto neutri deficiet, comperta tenacior eorum, quæ recitanda
è lætis, & quæ dicenda coram è propolis fuere. Sic Tibi consules ipsi, &
familie patriæque prospicies. Provida nec vulgari præconio digna Mater
subridebit. Fratres, Sorores, Affines, Cognati gratulabuntur Illustis ipse
MILTIZIUS laudet. Ego gestiam & triumphabo Quoties Antonius
Maghiabechius à celeberrimis Viris, præcipue Johanne Georgio Grævio lite-
ras accepit, oscula impressit iis, antequam earum signa laxaret Dissarvia-
bor & ego affectu candido literas, quas ad me nonnunquam daturus es, im-
primis, cum argumenta ex iis industria tue & erga me benevolentie constan-
tis elucebunt, constabitque, pro votorum meorum integritate, mellis pluri-
mum, absinthii nihil vitam gustare tuam. Vale, mi BREITENBACHI,
& bellissime æge!
Scr. ipsis Idibus Septembris,
A. O. R. MDCCXIV.



Mag. H. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

10 10
10 17





47
87

Ad
GENEROSISSIMUM JUVENEM,
DN. JOHANNEM
DIETERICUM
A BREITENBACH,

*In Schœneich, Besiz, Plesse, Bergante Eilenburgum & Wedelwitz
Hereditarium,*

è privatâ Institutione suâ transeuntem
ad

ACADEMICAM

Epistola *περὶ πνευματικῆς*

M. JOH. JACOBI STUBELII,
Rectoris Illustris Scholæ Misenenfis.

MISENÆ, Literis SPAHNIANIS.

